



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XCIII. Domana fideicommissi de Romaulis. De eadem theorica  
Cumani. An substitutio facta de proximore terminet in primo, vel habeat  
tractum successivum per fideicommissariam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ROMANA  
FIDEICOMMISSI  
DE ROMAVLIS

PRO  
ANTONIO BURIO  
CUM  
PAVLA SCIAMANNA.

*Casus disputatus in Rota, sopusitus per concordiam sine resolutione.*

De eadem theorica Cumani. An substitutio facta de proximiore terminet in primo, vel habeat tractum successivum per fideicommissariam.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ausa controversie.
- 2 *Dertheor. Cumani, ut vocato proximiore expire in primo.*
- 3 *Fallit ex conjecturis.*
- 4 *Quomodo in conjecturis ponderandis index debeat se gerere.*
- 5 *Quod in conjecturalibus non detur certa regula.*
- 6 *Partium observantia num attendenda sit pro duratione fideicommissi.*
- 7 *Recensentur plures conjecturae.*
- 8 *De praecepto testatoris, ut in caso dubio fiat interpretatio profideicommissi.*
- 9 *De conclusione, de qua n. 6. circa observantiam.*
- 10 *De argumento repugnantie.*
- 11 *De dicto precepto de quo num. 8. quomodo sit intelligendum.*

D I S C . X C I I .

**I**ste videtur de extravagantibus casibus, quos in foro expertus fuerim; Cum enim, etiam absque aliqua testatoris declaratione, ex solis conjecturis ac facti circumstantiis, probabilius videretur adesse fideicommissi durationem, ejusque pertinenciam favore Antonii actoris, vel saltem causis effet probabilitate dubius, testator autem expressè declarasset, ut in quocumque caso dubio interpretatio capienda effet pro fideicommissi existentia, & duratione; Adhuc tamen his non obstantibus, capiebantur interpretationes pro fideicommissi exclusione contra expressam testatoris voluntatem ita ut actor post trianam causam propositionem sine resolutione, satis prejudicialem concordiam acceptare coactus fuerit.

Facti series igitur est, quod Alexander Romanus Jurisconsultus, institutis quatuor filiis masculis in testamento propria manu scripto, summa diligentia, & maturitate ordinavit perpetuum reciprocum fideicommissum inter omnes descendentes masculos, primò legitimos, & deinde naturales tantum, in quorum omnium defectum, vocavit primogenitum, seu majorem natu masculum proximiorem descendenter ex femina designatione & familia de Romaul's, ejusque descendentes masculos in infinitum. cum onere assumendi cognomen & familiam, sub pena caducitatis in caso non implementi dictæ conditionis, in quo causa vocavit alium similiter proximiorem descendenter ab aliqua femina de Romaul's sub eisdem conditionibus & substitutionibus quibus su-

pra, Et casu quo non reperiretur aliquis masculus ex feminis, tunc vocavit masculum descendenter ex linea Curtij de Rubecis cognati, cum conditionibus & substitutionibus; Dicte que multa super dicti fideicommissi progressus dinavit, ac declaravit, Primo nempe ut filius & descendenter nomine non veniente Matre vel Ecclesiæ; Secundò ut attendi debet ximitas gravata & non gravantis; Tertio proutulum separatum strictissime prohibuit omtē dispositivē, quam conditiones, non quacumque alienationem, assignata ratione voluit, ut omnia bona integra, semper & nūdū conserventur in illius familia, & per subjeant fideicommissi strictissimō inter eos filios & descendentes, deinde inter alios caros; Quartè declaravit ut in dubio in quoque casu fieri debeat interpretatio, quod dictum missum in junctū sit & duret; Quin oportet confisicationem repetitis in ejus casu eidem institutionibus ordinatis in casu mortis, sed impedita imputationem cuiuscumque dispensationis derrogationis Apostolicæ, vel alterius Proscriptæ per dicto fideicommisso assignata deinde ratione, quod voluntas ejus est, ut bona per usque ad millesimam generationem & ulta servetur in personis ut supra tam dispositivē conditionaliter vocatis; Ecce septima probatio, solūm trebilianicam, sed etiam legem cautela qua vulgo dicitur Socimi diligenter tensa, aliaq; plura summo studio dispergida, dinavit, ostendentia quandam latitatis piactionis & enīam voluntatem ordinandi fideicommissi si possibile esset, post diem iudicij durarunt.

Contigit autem (ut frequenter Divisa predicta in his stultis hominibus permittit) plures quatuor filii masculi brevi tempore runt abesse prole, unde apertum fuit fideicommissum p. ad eum ad favorem Franciscus Matorius natu filiorum Daria filia ipsius tellus, cuius favorem illud canonizatum fuit proutur ram Dunozetto de anno 1638, adversus Tranquillum timi defuncti c. editores, firmando etiam contentiam detractionum legalium, ut inter expressas decis. 509. reperit. decisi 74 par. n. 1. suscepit vita clericali, ac factus Episcopus tempore d. fecit abesse filius, unde Julianus manus frater minor, praetendens factam esse fideicommissi prædicti ad ejus favorem, agnoscit, atque post aliud tempus etiam p. a. superstite Joanne, coque denum in populo te defuncto; Hinc orta est controversia inter lam dicti pupilli matrem & heredem inde & Antonium ex eadem Daria per Faulkham descendenter, praetendentem sibi rāquidem priori majori natu descendenti ex forma de Romaulis dictum fideicommissum aperte introducta causa in Rota coram Zarata, cum in disputatione nulla ob difficultates capi posset solutio, id ansam dedit concordia qua unigenitum dedit conce. edix.

In his igitur disputationibus, scribentes pro la rea conventa dicebant pro fideicommissi ratione assisteret regulam de sumptu excepione. *Cuman in l. in fideic. §. cum ita sit. de leg. ad in p. ff. de l. & posthum.* quare hodie absolute nullum est pro regula ut scilicet vocato proximiore, ascendenter de primo, in quo fideicommissum expressum plures alii substitutionum gradus in codice testamento continerentur, quoniam intellige-

par vulgarem, primo succedente expirantem, ex auctoritibus & decisionibus, de quibus plures in disc proximè preced. Atque hinc inferebant non obstat dictam testatoris declarationem, quod in casu dubio fieri debet interpretatio pro fideicomissi existentia & duratione, quoniam casus non erat dubius interpretationis capax, sed clarus.

Pro Antonio actore scribens, admittebam regaliam juxta dictam receptam theor. Cumani, ex qua tamen subiungebam refutare quoque receptissimam limitationem, de qua neminem dubitare plures testantur, ita ad instar hasta Achillis, eadem feriat atque saner, ut scilicet id procedat non concurrentibus conjecturis diversam testatoris voluntatem suadentibus, ex quibus vocatio proximioris intelligatur per fideicommissariam, non solum in ejusdem vocati ac admirissi filii & descendenti bus, sed deinde in aliis de integro genere vocato, donec exent successivè de uno in alium, ut ceteris allegatis Fusar. q. 382, n. 52. & q. 429, n. 56. Rovit. conf. 5. n. 9. & 10. 2. add. ad Greg. dec. 207, sub n. 9 dec. 366. n. 10. par. 4. rec. tom. 2. Bonon. fideicommissi de Bologniniis 26 Novemb. 1644. Ghislerio, Bonon. fideic. de Guidotti 2. Januarii 1648. Arguelles, & in aliis de quibus in dictis disc. proximè preced. quoniam revera est conclusio plana, auctoritatum robore non egens.

Plures autem ponderabam conjecturas inferius enumeratas, quarum singula, licet suas patiantur difficultates, non tamen singulariter sed unitate, eas considerandas esse dicebam, cum regula in his materiis perpetuo attendenda, ut singula que non profundunt unita juveni; Ideoque per prudentem judicem imbuere debentem personam defuncti, ad ejus verisimiliter voluntatem indagandam, inspicendi est totus dispositio contextus, etiam circa legata, & alla ab ipsa substitutione extranea, ut ita tota dispositione inspecta percipiat quid in animo disponentis fuerit; Unde propterea semper imbecillis iudicij effectum judicavi illum, constitundi fundamentum in Decisionibus vel Doctorum traditionibus super unius vel alterius conjecturæ efficacia vel irrelevancia, quoniam stant bene simili, unam conjecturam in una facti specie esse pondosissimam, & relevantem, in altera vero levissimam, ac respundam, ob diversas facti circumstanrias, ita diversimodè suadentes.

In proposita vero facti specie, considerato toto contextu testamento, ac tot, tantisque circumstantiis, illis præsertim, quod aguntur de juris professore, qui propria manu tam summo studio tot subdivisionum gradus ordinavit, ter casus prævidit, integratorem bonorum, prohibita etiam legitima, sed desideravit, atque toties, etiam cum nimis superfluitatis virtute, voluntatem eniximusque desiderium repetit ac inculcavit perpetuae conservacionis bonorum in omnibus tam conditionaliter quam dispositivo vocatis clara videbatur ista voluntas; Magni faciendam siquidem dicebam hanc circumstantiam, quod dispositivo voluit conservationem bonorum etiam in eis, de quibus conditio niter actum esset, Unde dum in conditione posuerant omnes descendentes ex feminis, dum in eorum omnimodum defectum processum erat ad votacionem descendenter ex remoto cognato, hinc proinde voluntas videbatur clara.

Fatebar quod in conjecturis dari non potest determinata veritas, cum totum resideat in iudicantis arbitrio, quod pro ingeniorum varietate soleretur esse varium, proindeque istarum controversiarum Cardin. de Luca de Fideicommiss.

starum decisio positivè de iniustitia redargui de facilis non potest; Verum duæ circumstantiae, quæ conjecturis adjacebant, satis certam, pro meo iudicio, actoris iustitiam ostendere videbantur; Primum tempore quia negari non poterat ex tot conjecturis, & adminiculis ac circumstantiis, rem satis probaliter dubiam reddi, quo posito intrabat expressa testatoris determinatio, quod in quoconque casu semper interpretatio fieri deberet pro fideicomissi existentia & duratione; Et secundò ob sublequantam observantiam Julii patris actoris rex convenit, quæ observantia semper in dubiis reputatur optima interpres, præfert in prejudicium ipsius observantis vel habentis causam ab eo, quoniam secundum lectorum contendentis de fideicomissi expiratione juxta dictam theoreticam Cumani, iam fideicommissum expiraverat in Francisco Episcopo, cuius erant etiam successores Daia mater, & alii, ac tamen Julius declaravit & obtinuit fideicomissi durationem, atque isto jure successionem agnovit; Et ex his duabus considerationibus, cum sensu etiam veritatis, credebam iustitiam actori assistere.

Conjectura vero adminicula, & circumstantiae, ex quibus casus saltem dubius reddebatur, erant plures, super quibus singulis more Advocatorum auctoritates cumulabam, sed quia inane opus videtur singularem efficaciam cum auctoritatibus comprobare, cum totum pendeat ex individuis facti circumstantiis, idèe eas compendiosè insinuando; Prima conjectura deducebatur ab explicita & nimis affectata, sapientia repetita contemplatione agnationis, qua concurrente, concors videtur omnium opinio, ut substitutio censeatur perfecta, & per fideicommissum potius quam per vulgarem, cum dicta ratio secum trahat implicitum tractum futuri temporis, præfert dum testator contentus non fuit de conservatione agnationis vere in quatuor lineis constituendis à quatuor filiis masculis, sed eam facte renovari & conservari voluit, ne dum per descendentes ex feminis, sed etiam per descendentes ex dicto cognato.

Secunda conjectura deducebatur ex votacione majoris natu; Quicquid enim esset, an hujusmodi votacio importet necne majoratum seu primo genituram fixa celebre conf. 27. Anchuran. late explanatur & exornatur in Tiburtina fideicommissi 25. Maij 1646. & 14. Januarii 1647. coram Arguelles impressi apud Redenach. conf. 17. & post Censal. ad Peregri. decis. 30. & 31. Concordare tamen magis communiter videntur scribentes ut exinde conjectura perpetui fideicomissi resulteret.

Tertia oriebatur ex gravamine injuncto filiis & descendentiis masculis magis dilectis pro renovazione & continuatione conservacionis familie saltem factæ, ideoque fortius minus dilectos gravasse censerunt, ut ceteris allegatis ponderatur in superiori citata Bonon. de Bologniniis coram Ghislerio; Quarta ex verbis habentibus tractum successivum, ac perpetuitatem respicientibus, quod repugnat vulgariter, dum expresse declaravit testator velle ordinare fideicommissum perpetuo duraturum, etiam ultra millesimam generationem; Quinta ex prohibitione directa ad ipsa bona tam in casu alienationis, quam delicti; Ubi enim prohibitio est magis realis quam personalis, tunc resultat conjectura perpetuitatis ex deducti's decision. 366. numer. 3. & 4. par. 4. recen. tom. 2. iv. allegat. Bononiensis de Guidottis coram Arguelles, & frequenter in aliis; Sexta ex votacione extranei cum verbis integratæ,

LUCA  
mentis  
lat.  
VI

ac totalitatem hæreditatis dñotantibus, & concepta per verba indefinita non extantibus descenditibus ex fœminis, quos proinde conjectura est censeri per necessarium antecedens prius vocatos esse; Septima, quæ potius probatio quam conjectura dici poterat, resultans ex ea dispositione, quod vocando hunc proximiorem masculum descendit ex fœmina, dixit eum vocare cum eisdem substitutionibus, quæ præcedenter aliis vocatis injunctæ fuerant, ergo voluit eas habere tractatum successivum, & non terminare in primo; Octava, quia sèpius verba prohibitiæ direxit in omnes tam dispositivæ quam conditionaliter vocatos, & sic præsupposuit vocationem eorum, quos posuerat in conditione, quales erant omnes per fœminas descendentes, dum in eorum omnium defectum transitum fecerat ad dictam linneam extraneam; Nona resultans ab exclusione Religiosorum & Monasteriorum; Décima à tam stricta prohibitione detractionum etiam legitima; Et aliae ex pluribus aliis dispositionibus fideicommissum perpetuum ac successivum nimis clare convinebuntibus.

Objiciebatur per alteram partem, quod dicta testatoris dispositio super interpretatione facienda in casu dubio pro fideicommissi existentia & duratio adjecta solùm fuisset in prohibitione alienationis; Verum facilis erat responso ex solo facto, dum litteraliter dicitur in quocunque casu &c. verbum enim quicunque est generale non restringendum ad unum casum tantum.

Prout circa observantiam, tam Julii, quam ejusdem Paulæ tanquam tutricis pupilli ultimi defuncti Respondebatur, partium credulitatem non esse aptam ad indicendum fideicommissum, ubi verè non adest. Sed pariter facilis erat replicatio, quod hujusmodi dispositio rectè procedat, ubi certa & clara est fideicommissi non existentia, secus autem ubi probabiliter dubiciari potest, quoniā tunc observantie deferendum erit tanquam interpreti, vel tanquam conjecturæ & administriculo cum aliis conjungendo; Ac etiam quia omnes istæ responsiones & aliae quæ singulis conjecturis, & argumentis dabuntur, rectè procederent, ubi ageretur de eis singulariter ponderandis, secus autem unitim ut suprà.

Magnum, ac efficacius per alteram partem constitutum fundamentum in argumento repugnantia deductæ ex eo quod testator dicto proximiore ex fœminis descendenti, ejusque descenditibus in casu alienationis, vel alterius contraventionis substituit pariter alterum proximiorem descendit ex fœminis, ergo dicebatur vocatos non esse omnes, sed unum tantum; Verum inceptum videbatur hoc argumentum tunc procedens, quandò omnes ex fœminis descendentes ordine simultaneo vocati essent, secus autem ubi vocatione restricta est ad unum, cum tunc rectè sit compatibilis superexistens alio: cum de eodem genere, non successori nisi extincta linea illius, qui prius vocatus ac admissus est, & quorum successio duplificiter contingere poterat, vel in casu mortis postcessatam lineam primò admissam, vel etiam ea durante ex causa contraventionis; Et nihilominus dicebam hoc argumentum deductum ex quadam subtili verborum glossa & interpretatione, in substantia esse argumentum seu conjecturam unicam, non aptam prævalere tot aliis in contrarium urgentibus, ex quibus saltem casus remaneat dubius, capax proinde dictæ interpretationis, quam ex-

prefè testator voluit fieri pro fideicommissi, qua declaratio juncta cum observante meus intellectus acquirescere non potest, quia dubitationi habitat in ista causa; Licet auctoritate Surd conf. 30. n. 84. & seqq. per partem diceretur, quod istud præceptum interpretatione cadat in casu dubio, quia interpretationis, non autem in claro, in terminus non intrat, in dubitatum tamen debatur, saltem ex premisis, calum dici non adè clarum, ut incapax esset interpretatione testator expresse providere voluit.

## ROMANA TRANSACTIONE

PRO  
MIGNANELLI  
CUM  
GABRIELIBUS.  
*Casus disputatus coram A. C. regia  
pro Mignanellia.*

De eadem theoria Cumani, Antic  
vocatio proximioris sit per ve  
rem, ac terminet in primo, ve  
per fideicommissariam cum quo  
successivo.

Et de transactione inita per haec  
gravatum & primum fideicom  
missarium, qui successionem  
super futura spe eventuali, duci  
cat successores fideicommissa  
venientes jure proprio indepen  
ter à transigentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 F acti series.
- 2 In articulo, an transactio liget successori  
vendum est ab Hispanis; & deratione.
- 3 Traditur theoria super dicto articulo.
- 4 Ponderatur duplex species concordie.
- 5 De compositione super futura, se fideicom  
missum officiis successores.
- 6 Distinguuntur inter patrem & exmarum.
- 7 Ex quibus bona fides in transigent argui.
- 8 De theoria Cumani, an vocatio prece  
terminet in primo, vel habeatur in  
successivo.
- 9 Ponderantur conjectura & circumstancia  
quas substitutio potius indicanda op  
ris quām fideicommissaria.

D I S C . X C I V .

In signis I. C. Hieronymus Gabriel Engelbrecht  
Urbe Advocatus Consistorialis, & Consiliarius  
Author, in ejus testamento, instituto heredem  
lo ex germano fratre nepote quem in filium su  
taverat, eidem filios, ac descendentes male  
in infinitum substituit & casu quo Carolus decedens  
absque masculis, substituit descendentes matr  
Alexandri ejus fratris, in quorum etiam decedens  
in quadam parte vocavit filios vel descendentes  
milla sororis dicti Caroli instituti suscipiendo  
fugientibus ex Com. Gabriele de Gabrieles  
viro, cum pluribus conditionibus & legibus  
non facientibus.